

Friedrich III. an NvK. Aufgrund seines zuletzt von Papst Nikolaus V. verbrieften Rechts der „Ersten Bitten“ nominiert er Stefan Stainhorn, Brixner Domberrn und Spitaler zu Klausen, für eine der Kollatur des B. von Brixen unterliegende Pfründe.<sup>1)</sup> Exekutoren des Mandats sind B. Ulrich von Gurk und Propst (Kaspar Aigner) von Neustift.

Kopie (Insert in Nr. 4389 von 1455 Juni 13): BOZEN, StaA, Urk. 323 (Lade 24 Nr. 13 F, G und H); (Insert in 1460 September 3<sup>2</sup>): ebd. Lade 24 Nr. 13 L.f. 15<sup>r</sup>; (J. Resch, 18. Jh.): ebd., Lade 24 Nr. 29 f. 26<sup>r</sup>-28<sup>v</sup>; (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 403f.

Erw.: Santifaller, Domkapitel 471.

Fridericus divina favente clemencia Romanorum imperator semper Augustus, Austrie, Stirie, Carinthie et Carniole dux comesque Tirolis etc. venerabili N. episcopo Brixinensi principi devoto nostro dilecto graciām cesaream et omne bonum. Venerabilis princeps devote dilecte. Rationi consentaneum est, ut quevis ecclesie per sacrum Romanum imperium ubilibet constitue, que multiplicibus ab ipso imperio susceptis beneficiis gratulantr et sub sue protectionis umbra in ipsarum conservacione iurium confontentur, Romanorum imperatoribus gratitudinis vice ac debiti delacione honoris assurgant ac ipsa beneficia, quo id imperiali maiestati gratum et acceptum noverint, congrue recognoscant.

Cum itaque predecessores nostri divi Romanorum imperatores primarias ad diversa loca pro beneficiis ecclesiasticis personis, quibus imperialis voluit provideri clemencia, consueverint dirigere suas preces<sup>3)</sup>, unde pro huiusmodi laudabilis et approbate consuetudinis iurisque nostri et imperii sacri conservacione quandam sanctissimus in Christo pater dominus Nicolaus papa quintus per suas litteras concessit et indulxit<sup>4)</sup>, quod si per nos collatoribus sive collatricibus secularibus aut regularibus in ipso imperio constitutis pro quibuscumque personis ecclesiasticis beneficiandis de quibusvis beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, eciam si canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes vel officia fuerint, preces ipsas sive nominaciones primarias porrigi contigerit iidem collatores et collatrices eisdem precibus et nominacionibus parere et intendere necnon personas ipsas ad beneficia huiusmodi recipere et admittere debeant ac teneantur; quodque in quibusvis dignitatibus constituti seu ecclesiarum cathedralium canonici singuli, videlicet ex illis, quos pro singulis personis predictis precum et nominacionum ipsarum ad hoc, ut ille et quo ad eas eciam dicte littere suum sorciantur effectum, executores deputaverimus per se vel alium seu alios beneficia predicta, cum vacaverint, que persone, pro quibus preces sive nominaciones huiusmodi facte fuerint, infra mensem acceptaverint eisdem personis conferre et assignare necnon omnia et singula quo ad hoc, ut precum sive nominacionum ipsarum succedat effectus, oportuna facerent per censuram ecclesiasticam exequi possint diversis circa hec quarumcumque graciārum expectativarum, specialium reservacionum reservandi et nominandi facultatum et illarum vigore factarum, reservacionum et nominacionum ac prerogativarum et antelacionum quibusvis concessarum derogacionibus aliisque concessionibus et graciis adiectis, prout in eisdem litteris plenius continetur.

Nos dictorum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes tibi pro honorabili Stephano Stainhoren<sup>5)</sup> canonico ecclesie Brixinensis ac hospitalario sanctorum duodecim apostolorum prope Clusam devoto nostro dilecto super hoc, ut beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad tuam collacionem, provisionem, presentacionem seu quamvis alias dispositionem pertinens, postquam illud vacare et eundem Stephanum per se vel procuratorem suum hoc infra pretacti mensis spacium acceptare contigerit, assequi valeat et tu ipsum ad illud pacifice et quiete recipias et admittas, primarias imperiales nostras dirigimus preces et ipsum ad hoc nominamus per presentes. Venerabilem N. episcopum Gurensem<sup>6)</sup> ac honorabilem N. prepositum<sup>7)</sup> in Novacella prope Brixinam ordinis sancti Augustini canonicorum regularium devotos nostros dilectos et quemlibet eorum in solidum super hiis pro predicti nostri et imperii sacri iuris ac consuetudinis laudabilis manutencionem executores deputavimus, ut ipsi iuxta formam dictarum litterarum eidem Stephano de huiusmodi beneficio, ut prefertur, provideant ac alia faciant et exequantur, que circa ea oportuna fuerint, iuxta traditam ipsis super hoc in dictis litteris

potestatem, requirentes nichilominus te, quatenus huiusmodi precibus et nominacioni tibi factis intendas 40  
et pareas, ut tenearis, recepturus pro gratitudinis vice favores gracie et benevolencie nostre liberales.

Datum in Novacivitate prima die mensis iunii anno domini millesimo quadringentesimo quinque-  
simo quinto regni nostri sedecimo imperii vero quarto.

---

<sup>1)</sup> Die Kollatur erfolgte erst 1460; s. Anm. 2.

<sup>2)</sup> Übertragung der Pfarrkirche Fügen nach dem Tod des Degenhart Plankenberger an Stefan Stainborn durch Michael von Natz aufgrund der „Ersten Bitten“ Friedrichs III.; s. künftig AC III unter diesem Datum. Zum Streit um die Pfarrkirche Fügen s.o. Nr. 4052, 4201, 4215f., 4227f., 4262, 4265f., 4269.

<sup>3)</sup> Bei den „Ersten Bitten“ handelt es sich um ein seit dem 11. Jh. für die deutschen Könige und Kaiser bezeugtes Privileg, nach der Königs- bzw. Kaiserkrönung eine Aufforderung an alle zur Kollatur berechtigten Personen zu richten, jeweils einem vom Herrscher bestimmten Kleriker eine Pfründe zu übertragen bzw. zu reservieren. Vgl. Hinschius, Kirchenrecht II 639-649; D. Werkmüller, Art. ‚Erste Bitten‘, in: HRG 2 (2008) 1416f.; Niederstätter, Beobachtungen zu den „Ersten Bitten“; Annas, Von Wiener Neustadt nach Rom 390-393, 412.

<sup>4)</sup> Das Privileg Nikolaus' V. von 1452 März 19 ist ebenfalls in Nr. 4389 (Exekution des Mandats durch B. Ulrich von Gurk) inseriert und geht unmittelbar voran.

<sup>5)</sup> Stefan Stainborn († 1495), Brixner Domherr und Spitaler zu Klausen; s.o. Nr. 3861 Anm. 20. Als Spitaler von Klausen betreute Stainborn bereits die Pfarrei Latzons-Klausen, welche dem Spital inkorporiert war. Aufgrund der niedrigen Einkünfte des Spitals hatte das Domkapitel jedoch 1442 vom Basler Konzil das Recht erwirkt, dass der Spitaler eine weitere Pfarrkirche betreuen durfte; vgl. Michaeler, Rechtliche Natur 29f.

<sup>6)</sup> Ulrich Sonnenberger, B. von Gurk und Rat Friedrichs III.

<sup>7)</sup> Kaspar Aigner, Propst von Neustift.